

- (28)
1. Considerent patres que ratio iniri posset, ut Patriarcha, Archiepi. Epi et ceteri omnes animarum curam habentes in suis ecclesijs resideant et ab eis non nisi iustis, honestis necessarijs, et ecclesie catholice utilib; de causis absint
  2. Item an expediat, ut nemo ordinetur ad sacros ordines nisi ad certum aliquem beneficij titulum, compactum est. n. multas committi fallacias ex eo quod pleriq; ad titulum Patrimonij ordinantur
  3. Et quod ordinantes nihil omnino recipiant pro collatione quozcumq; ordinum neq; etiam eorum ministri, aut notary
  4. An ysdem concedendum sit, ut de prebendis non servientium possint distributiones quotidianas constituere, in illis ecclesijs in quibus nullae sunt distributiones, aut ita tenues ut negligantur
  5. An Parochiae omnes quae ob suam amplitudinem plures requirunt sacerdotes, plures etiam debeant habere titulos ab ordinario instituendos.
  6. Beneficia quoq; curata quae idonea provisione viduis sacerdotalis carent, an sint reformanda ita ut ex pluribus titulis, unus tantum ab ordinario constituantur
  7. Cum Rectores Parochialium multi sint parum idonei qui vel ob imperitiam aut vitae turpitudinem delinquant potius quam aedificent subiectum sibi gregem, et deteriores aliquando habeant vicarios videndum est quomodo huic malo medendum foret, num expediat eis dari coadiutorem, siue vicarium idoneum cum abignatione feudum arbitrio ordinarij
  8. Ordinarijs an sit concedendum ut beneficia et capellas vetustate collapsas, quae ob paupertatem restaurari nequeant in matrices ecclesias trans ferre possint

9. An de cœnendū sit beneficia commendata, etiam regularia, visitari ab ordinarijs, et corrigi

10. Matrimonia clandestina an infuturum debeant declarari irrita esse et nulla

ii. Que conditiones sint declaranda ad hoc ut matrimonium nō dicatur clandestinum, sed infacie ecclesie contractum

12. Deniq̃ magnopere considerandum esset, quid constituendum sit circa quosdam non paruos abusos